Quelle: http://manuscripta.at/?ID=1234
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



31

ad defensionem meam conspice.

Erue a framea animam meam ⸗ & de manu
canis unicam meam.

Salua me ex ore leonis & a cornibus unicornium
humilitatem meam.

Narrabo nomen tuum fratribus meis in medio
ecclesie laudabo te

Qui timetis dnm laudate eum. uniuersum semen
iacob glorificate eum.

Timeat eum omne semen israhel quo non spreuit
neq; despexit deprecationē pauperis.

Nec auertit faciem suam ame & cum clamarem
ad eum exaudiuit ⸗ me.

Apud te laus mea in ecclesia magna. uota mea
reddam in conspectu timentiū eum.

Edent pauperes & saturabuntur ⸗ & laudabunt
dnm qui requirunt eum. uiuent corda eorum
in seculum ⸗ seculi.